


ARS ET THEORIA
 TRANSMUTATIONIS METAL-
 LICÆ CUM VOARCHADUMIA,
 proportionibus, numeris, & iconibus
 rei accommodis illustrata.

IOANNE AVGVSTINO PANTHEO
 Veneto Auctore.

Ad Lectorem Præfatio.

 *Quamvis silentio nostram incultam indagine
 potius præterire debuissimus: quam talis,
 ac tam admiranda metallica mixtionis ver-
 bum aliquod loqui, monentibus antiquis pa-
 tribus: Nolite arcana propalare mortalibus. Attamen
 annuente causa prima: trutinata immensa supernatu-
 rali, ac omnibus fere occulta materia, non sine optimis
 institutionib. à primæ Cause inspiratione jamdudum
 accepit: quibus omnia nos debere fatemur. Opera pre-
 tium duximus sub umbraculo Solaris reflexus compen-
 dio veritatem ostendere: & gravissimam hanc trans-
 mutandi metalla provinciam electis penitus elucescere.
 Verū quia sub ænigmatis pallio fortasse delitescere vir-
 tus illius videbitur (ut par est) id cognoscatur, velimus:
 nec alia de causa appositum fuisse Schema, nisi propter
 Ingratos, Indignos, Sontes, Alienigenas, Prophanos,
 Adulatores, Apostatas, Anathematizatos, Maledicos,
 Infideles, & tristes Hypocritas. Totum nunc recte: &
 breviter: & aperte dicetur. Cum copiosius in portione
 Divisionis: & in Speculo nostræ mentis intuitus narre-
 tur. Ut Lucentes lux adveniēns in luce clarificet: & Ab-
 errantes hac accedente luce emendentur: & compotos
 gratiæ dono fruantur unitate.*